

Farneta 1938.

10 C9

BIBLIOTHECA  
CARTUSIANO-MARIANA

RG - BIBL - ANTW



03 05 0077993 6

BIBLIOTHECA  
CARTUSIANO-MARIANA

SEU

BREVES NOTITLÆ SCRIPTORUM

SACRI ORDINIS CARTUSIENSIS,

qui de Beatissima Deipara Virgine Maria Tractatus et Libellos,  
Hymnos aut Sermones conscripserunt

COLLECTORE D. STANISLAO MARIA AUTORE

EJUSDEM MONASTICÆ FAMILIÆ PROFESSO

« Qui elucidant me vitam æternam habebunt. »  
(*Eccli.* xxiv, 31.)



MONSTROLII

TYPIS CARTUSIÆ SANCTÆ MARIÆ DE PRATIS

MDCCCXCVIII



IMPRIMI POTEST.

Fr. MICHAEL, Prior Cartusiæ,  
in festo Præsentationis B. V. Mariæ, 1897.

IMPRIMATUR.

F. QUESTE, Archipresbyter,  
delegatus ad librorum examen.  
Monstrolii, die 30<sup>a</sup> Novembris, 1897.

14  
BIBLIOTHEEK VAN HET  
RUUGBOEC-GENOOTSCHAP



## PRÆMONITIO

---

Jam abhinc viginti annis, sedulam dedi operam in colligendis notitiis de Scriptoribus Sacri Ordinis Cartusiensis, quatenus possem quoquomodo defectus supplere *Bibliothecæ Cartusianæ* nostri D. Theodori Petreii editæ Coloniae anno 1609, necnon *Athenæi Scriptorum* familiæ Brunonianæ, quod reperitur in *Theatro chronologico* nostri Ordinis in lucem dato a doctissimo R. P. Carolo Josepho Morotio, Taurini, anno 1681, et tandem, favente Domino, omnem superavit materia expectationem. Nondum tamen absolutum confeci opus, quia, fere in dies, novi mihi revelantur auctores vel occurrunt incognitæ suorum librorum editiones. Festinare igitur lente cogor, eo maxime quod cum cellicola sim monachus, haud mihi licet in Bibliothecis publicis investigare scripta Majorum nostrorum, necnon fontes, e quibus scaturire mihi valerent copiosiores rivuli notitiarum ad optatum finem facientium. Occasione autem præstita a quodam amico, hanc parvam conscripsi *Bibliothecam Cartustiano-Marianam*, in qua breviter descripsi Scriptores Cartusienses quorum lucubrationes de Beata Virgine Maria tractant. Sane haud me latet, multos alios extitisse Patres Ordinis nostri, qui scriptis suis elucidarunt inclytam et semper augustam cœli Reginam. Verum, quia tituli operum eorum, prout exstant in schedis meis, non manifestant clare et indubitate, illos de laudibus aut virtutibus

SS. Genitricis Dei agere, malui de illis tacere quam incaute asserere quod ignorabam. Unde factum est quod non omnes in præsentī recenseantur libello Scriptores, quos procul dubio recensuissem si scripta eorum ad manus meas pervenissent.

Prodeat igitur in lucem hæc parva *Bibliotheca Cartusiano-Mariana*, ad laudem Dei O. M. qui magna fecit Beatissimæ Virgini Mariæ, et per Eam nobis omnibus qui sub vexillo Cartusiano Ei feliciter famulamur. « Ipsi gloria et nunc et in diem æternitatis. Amen. »

EXPLICATIO ABBREVIATIONUM DIFFICILIORUM.

<i>Dictiones abbreviatæ.</i>	<i>Dictiones integræ.</i>
« lim. non comp. » vel « lim. n. comp. »	liminaribus (paginis) non computatis.
« limin. et ind. non comp. » vel « non comput. » vel « n. comp. »	liminaribus (paginis) et indice non computatis.
ind. non comp.	indice non computato.
S. a.	Sine anno.
Sub litt. A.	Sub littera A.
Bibl. vel Biblioth. publ.	Bibliotheca publica.
40 lin.	40 lineis vel lineas.
g. ch.	gothicis characteribus.
fol. non num. et fol. num. vel fol. n.	folia non numerata et folia numerata.
S. l. a. et typ. n.	Sine loco, anno, et typographi nomine.
Cart.	Cartusia.
tit. inc.	titulus incisus.
f.	folium vel folia.
f. lim.	folium liminare, vel folia liminaria.
p. num.	paginæ numeratæ.
in-4' min., in-8' min.	in-4' vel in-8' minore.
cum iconibus inc.	cum iconibus incisis.
icon xylogr.	icon xylographica.

Reliquæ abbreviationes, ex facili, ut opinamur, intelligi possunt.

BIBLIOTHECA  
CARTUSIANO-MARIANA

---

A

**Adolphus de Essendia**, Germanus, Prior Cartusiæ Trevirensis (1409-1415), et Domus Rivuli B. Mariæ, vulgo Marienfloss. Obiit in Cartusia Trevirorum, die 10<sup>a</sup> Julii, an. 1439. Vir erat doctus et pius.

I. De commendatione Rosarii, latine et germanice. Ms.

II. Vita D. N. Jesu Christi et Beatissimæ Matris ejus, seu Meditationes excerptæ ex *Vita Christi* Ludolphi nostri. Ms.

**Ægidius Aurifaber**, alias **De Goudsmid**, professus Cartusiæ Wirceburgensis, obiit Vicarius Domus Montis Sion, prope Zierikzee, in Zelandia, die 20<sup>a</sup> Februarii, an. 1466.

I. Sermones in festivitibus B. V. Mariæ. Ms.

II. Exempla complura de misericordia B. V. Mariæ, inserta in suo *Speculo exemplorum*, quod multoties typis commissum invenitur, ut videre est apud Hain, *Repertorium*, 14915-14920, et apud PP. de Backer et Sommervogel, *Bibliothèque des Écrivains de la Compagnie de Jésus*, verbo : Joannes Major.

**Ægidius Guetmair**, alias **Gultman**, Germanus, professus Cartusiæ Buxheimensis, et Prior Cartusiæ S. Viti in Pruel, cujus obitus toti innotuit Ordini per Chartam Capituli generalis anni 1628.

I. Votum ad Virginem Dei Matrem, pro felici morte obeunda.

II. Planctus Dei Genitricis Virginis Mariæ.

Sunt duo poemata adnexa libro hujus auctoris, cui titulus : Liber de moribus et vita veri Monachi... Augustæ Vindelicorum, Mangus, 1607.

**Albertus Kivet**, Arnhemius, professus Cartusiae S. M. Monachorum (Monnikhuisen), in Geldria, praefuit Domui Amstelodami (1393-1418), et decessit die 17<sup>a</sup> Maii, an. 1449. Vir pietate aequae ac doctrina insignis.

In suo opere inedito, cui titulus : *Referendarium exemplorum*, sunt 91 capita de B. M. V. Cf. Marraccio, *Bibliotheca Mariana*. Romae, 1648. I, 24.

**Aloysius Gonzaga del Barrio**, Hispanus, Prior Cartusiae S. M. de Miraflores, ubi obiit die 22<sup>a</sup> Februarii, an. 1848.

Mensis Augusti seu Mensis Mariae, apud Burgensem urbem. Opus hispanice conscriptum, et editum Burgis anno 1847, apud Villanueva.

**Aloysius Maria Rouvier**, Gallus, natus die 28<sup>a</sup> Februarii, an. 1810, in oppido dicto *Fabrègues*, in diocesi Montispessulani : professus Majoris Cartusiae, fuit Prior plurium Domorum, obiit in Cartusia Vallisclarae, die 2<sup>a</sup> Novembris, an. 1886. Vir valde pius.

I. *Neuvaine complète en l'honneur de la Très Sainte Vierge*, par un religieux solitaire. Avignon, Séguin aîné, 1848, in-32, 320 p.

*Neuvaine...* Deuxième édition. Avignon, Séguin aîné, sine anno, sed 1852, in-16, 454 p. — N. B. Huic editioni, a p. 395 in finem usque, adnexum fuit opusculum D. Bernardi Faivre, cui titulus : *Recueil de sentences...* etc., ut inferius.

*Neuvaine...* Nouvelle édition corrigée par l'auteur et augmentée d'un *Recueil de sentences des Saints Pères*. Nancy, Thomas et Pierron. Sine anno, sed circa 1855, in-32, x-508 p. Pluries excusum fuit hoc opus Nancæii, apud eosdem Typographos.

*Neuvaine...* Paris, Bray et Retaux, libraires-éditeurs, 1880. In fine : Montreuil. Typ. de N.-D. des Prés. In-16, 448 p.

*Versiones.* — *Mana de Maria*, recogido de nueve consideraciones sobre la belleza y excelencias de la Señora para alimento de sus verdaderos siervos, en el espacio de nueve dias. Obra escrita en francés con aprobacion del Ilmo Señor Obispo de Grenoble, bajo el titulo de *Novena Completa en honor de Maria santisima*, y traducida al castellano con algunas notas y con licencia de la autoridad ecclesiastica por D. M. G. Y. C. (hoc est D. Mario Ginenes y Cardosa) presbitero licenciado en sagrada Teologia. Valencia. Imprenta de el Valenciano, antes de Don Benito Montfort, 1853. In-16, 314 p., limin. et ind. non computatis, icon.

*Novena completa en honor de la santisima Virgen*, traducida del francés. Burgos, 1855. Imprenta de D. Sergio Villanueva, in-18, xxxi-440 p. Interpres est D. Zeno Rodríguez de León, Cartusianus.

*Vollständige Novena, oder neuntägige Andacht zur allerseeligsten Jungfrau*, nach einem frommen Einsiedler und Jünger des heiligen Bruno ; von Doctor Philipp Müller. Nancy, Gedruckt bei Wagner, 1855, in-16, 351 p.

*Volkomene Novene ter eere van de Allerheiligste Maagd en Moeder Gods Maria*, door eenen Kloosterling van de Orde van den H. Bruno. Vertaald uit het fransch door L. H. Gruyters, A. 's Hertogenbosch, P. Stokvis, 1858, in-18, 362 p. ind. non comp.

*Tre principali Novene in onore della Santissima Vergine*, di un religioso solitario discepolo di S. Bruno. Traduzione dal Francese per Cesare di Castagnetto coll'aggiunta di brevi meditazioni sopra i quindici misteri del SS. Rosario. Torino, Tipografia Giulio Speirani e Figli, 1877, in-16, 435 p.

*A Complete Novena in preparation for the Festivals of the Blessed Virgin Mary*, together with a Collection of Extracts from the Holy Fathers suitable for the Month of Mary... English edition by the Carthusian Fathers of S<sup>t</sup> Hugh's Parkminster. London, Burns and Oates limited, 1888, in-16, xxxiv-264 p. Interpres est Agnes Maria Stewart.

II. *Dévotion au Cœur compatissant de Marie*. In fine : Nancy, Imp. Hinzelin et Comp. Sine anno, sed 1854, in-32.

III. *Litanies de l'Immaculée Conception*. In fine, ut supra, 1854, in-32.

IV. *Journal du Mois de Mai ou Entretiens de l'âme contemplative avec Marie*, 1855. In-18, per lithographiam editum in Cartusia Nancæii.

V. *Le mois d'Août, contenant le testament de la Très Sainte Vierge montant au ciel*, en 31 legs, 1855. In-32, 80 p., ut supra.

VI. *Nouveau Mois de Marie*, 1856. In-18, 116 p., ut supra.

VII. *Neuvaine de Pèlerinages spirituels à Notre-Dame de Lourdes pour se préparer à la fête de l'Immaculée Conception*. S. a. in-24, 21 p., ut supra.

VIII. In Opusculo cui titulus : *Mon précieux Trésor ou mon Règlement de vie*, multa sunt pietatis exercitia et documenta, quæ mire fovent faventque devotioni erga B. V. Mariam. Prodiit

Montisuessulani, 1837 et 1840; Augustæ Ausciorum, 1843, 1844 vel 1845; Claromonte, 1855, 1886, etc., etc.

**Ambrosius Alentsenius**, Germanus, Prior Domus Horti Christi prope Nördlingen, obiit die 2<sup>a</sup> Augusti, an. 1505.

Rosarium B. V. — Psalterium B. V. M., 1489. Adservantur in quodam codice ms. in Biblioth. Basileæ, sub litt. A. VII. 27.

**Andreas Capella** aut **Capilla**, Hispanus, Prior plurium Domorum, obiit Episcopus Urgellensis, die 12<sup>a</sup> Septembris, an. 1609.

I. Vita et Excellentiae B. V. Ms.

II. Consideraciones de las Fiestas principales de los Santos. Opus istud continet Meditationes in solemnitatibus Conceptionis, Purificationis et Assumptionis B. V. Mariæ; prodiit pluries hispanice, latine, gallice et italice.

III. Sermones in festa præcipua totius anni. Prodierunt vulgari lingua, anno 1593, 2 tom. in-8<sup>o</sup>.

**Andreas Pictorius**, Italus, Prior Domus Papiæ, ubi obiit die 11<sup>a</sup> Maii, an. 1638.

I. Regalis Thesaurus in quo Salutatio Angelica fuse exponitur, ac de laudibus SS. V. Mariæ agitur, in septem tomos distributus. Opus peregrinum ms. in-fol.; exstabat olim in præfata Cartusia.

II. Fasciculus myrrhæ in quo tractatur de Passione D. N. Jesu Christi, libri quinque, singuli divisi in septem capita gloriosam in memoriam quinque Plagarum ejusdem ac septem B. V. Mariæ Dolorum. Ms. in-fol., ibidem.

III. Sermones in Solemnitatibus B. V. Mariæ. Ms., ibidem.

**Anonymus**. Cartusienensis Religiosi Stimulus Compassionis Jesu et Mariæ, metrice. Opus ms. in-4<sup>o</sup>; adservabatur olim in quodam codice Biblioth. publicæ Argentorati.

**Anonymus**. Anfanck der wunderberlich Zaichn und Wunderwerch so Maria by dism gozhaus (Buxheim) gegen den brechhaftigen erzaign ist... Hoc est: Initium signorum mirabilium et miraculorum a B. V. M. patratorum erga infirmos hujus Domus Buxiæ. Opus ms. XVI sæculi. in-4<sup>o</sup>, 144 p.

**Anonymus**. Visio cujusdam Carthusiensis, qui floruit anno Domini 1429, per quam cognovit quod magna salus et gratia latent in Rosario B. Mariæ semper Virginis Dei Genitricis. Edita in *Analectis Bollandianis*, tom. XIV, fol. 347<sup>r</sup>-348<sup>v</sup>.

**Anonymus**. La vision d'un bonhomme de Chartreux en 1440. Monachus iste B. V. Mariam inter cœlites conspexit, qui Deiparæ semper augustæ salutationem angelicam juxta modum communis Rosarii concinebant.

Hujusce visionis narratio, olim a Joanne Gersonne etiam commemorata, reperitur nunc in Bibliotheca nationali Parisiis, in codice ms. signato n. 6850. Cf. Catal. Codd. mss. præfata Bibl. t. II, 72. Præterea in eadem Bibliotheca adservatur alius ms. Codex, cui titulus: Cy commence ung livre des faits et miracles de Nostre-Dame. Etsi autem non constet quisnam Auctor ejus fuerit, certum tamen est inter miracula inibi relata, duo saltem de benignitate V. Mariæ erga nostros monachos agere, nempe: 1<sup>o</sup> D'ung moine de Chartreuse que Nostre Dame délivra de ses ennemis; 2<sup>o</sup> D'ung moine de Chartreuse à qui Nostre Dame essayait le visage et les yeux. Codex præ se fert numerum 7018, et reperitur in *Fonds de Lancelot, ancien 78, nouv. n. 8*.

**Anonymus**. Trepassement de Nostre-Dame, ou Excellente Méditation des tourments, lamentations et complainte que fait la glorieuse Vierge Marie des peines, douleurs, mort et passion que souffrist pour nous (le) Rédempteur son très cher enfant. Opusculum ms. in-4<sup>o</sup>, 13 fol. 23 lin.; adservatur modo Parisiis in publica Bibliotheca Richelii seu Nationali.

**Anonymus** Cartusiæ Ruremundæ. Sermones super Ave Maria, flandrice conscripti ac editi in libro cui titulus: Hier beginnen seer schoone christelyche ende evangelische Sermoone opten Vader onse, Ave Maria... Thantwerpen... Jan Koelants. Anno M.cccccc.ljjjj, in-8<sup>o</sup>.

**Anonymus** Cartusiæ Massiliensis. Excellentia Beatæ Mariæ. Opus latinum, ms. in-4<sup>o</sup>; reperitur in Bibliotheca publica Massiliæ. E. b. 105.

**Anonymus**. De Excellentis SS. Dei Genitricis Mariæ. Opus ms. olim in Cartusia Scalæ Dei in Hispania.

**Anonymus**. Bouquet virginal. Sunt quædam Carmina gallica, ex floribus desumpta allegoria, in honorem B. Mariæ Virginis. Opus ms. anni 1696; adservatur modo in Bibliotheca Gratianopolitana, n. 745.

**Anonymus**, monachus Cartusiæ Coloniensis, incerti temporis. Hymnus de B. V. Maria super Salutationem Angelicam, ms.,

insertus *Viridario Sanctorum* D. Guigonis Engelherr, quod reperitur modo in Cartusia Vallissanctæ.

**Anonymus.** Expositio Salutationis Angelicæ, per quemdam Cartusianum. Cod. ms. Bibl. Brugensis in Belgio, n. 258.

**Anonymus,** Trecenta quinquaginta gaudia de gloriosissima Virgine Maria. Cod. ms. anni 1472; in Bibl. Gratianopolitana, n. 323.

**Anonymus.** Oratio de Assumptione Deiparæ. Cod. ms. XVI sæculi; in Bibl. Gratianopolitana, n. 811.

**Anonymus** quidam XVII sæculi, duos Sermones de Immaculata Conceptione B. V. M. addidit Concionibus R. P. N. D. Guilhelmi Bibaucii. Ms.

**Anonymus,** monachus Cartusiæ Portæ Cœli, florebat circa finem XVIII sæculi.

Gozos à Nuestra Señora de Porta Cœli, venerada en su Monasterio de Monjes Cartujos. Opus typis mandatum Valentia, cum icone B. V. Mariæ.

**Anonymus.** Obsequium dulce Jesu et B. V. M. a Cartusiano quodam compositum. Transcriptum est a D. Anselmo Faber (Vide infra). Ms. in-8°, 76 p.; olim exstabat in Cartusia Buxiæ.

**Anselmus Faber,** Germanus, professus Cartusiæ Buxiæ, obiit in Domo Waldicensi ante Capitulum generale anni 1639. Pius asceta, qui multa conscripsit opuscula spiritualia, in quibus et suas et aliorum lucubrationes collegit; unde non admodum certe mihi asserere licet libellos, qui sequuntur, ei tanquam parenti tribuendos esse. Constat tamen illos a Cartusianis Buxianis fuisse compositos, et a D. Anselmo transcriptos.

I. Paradisus Marianæ devotionis ex diversis catholicis authoribus concinnatus... 1617. Opus ms. in-12, 221 p.; olim exstabat in Cartusia Buxiæ.

II. Psalterium Marianum, 1620. Ms. in-12, 258 p.; olim ibidem.

III. Rosarium gaudiorum Mariæ Virginis. — Rosarium de gladii dolorum seu Compassionis B. M. V., 1624. Ms. in-8°; olim ibidem.

IV. Deliciæ Marianæ ad laudem Dei parentis Virginis Mariæ, ex antiquis Mss. Bibliothecæ Cartusiæ Buxianæ collectæ. Prima et secunda Pars, 1625. 2 vol. Mss. in-8°; olim ibidem.

V. Carmen antiquum mysteria veteris Testamenti completens B. V. M. convenientia. Ms. in-4°; olim ibidem.

VI. Speculum B. V. M., 1635. Ms. in-12, 187 p.; olim ibidem.

VII. Sanctuarium devotarum precum. Continet orationes nonnullas de B. V. M. Ms. in-18; olim ibidem.

VIII. Forma et mores B. M. V. ex gestis S. Anselmi. — Hymni aliquot ad laudem B. V. M. Ms. in-8°, 136 p.; olim ibidem.

**Anthelmus Casabianca,** Italus, Mediolanensis, Prior Domorum Savonæ et Montis S. Petri, obiit an. 1670.

Alcuni Esercizi sopra il santissimo Rosario, cavati dalla Sagra Scrittura e da altri autori. Ms. olim in Cartusia Papiæ.

**Antonius Dulcken,** Germanus, professus Cartusiæ Coloniensis, obiit Prior Domus Friburgi die 1<sup>a</sup> Octobris, an. 1624.

I. Stella Mystica, quæ omnibus ad optatum æternæ beatitudinis portum appellere desiderantibus se ducem præbet, in Hymnum Ave Maris Stella concinnata. Primum a R. P. Francisco Bonaldo, e Soc. Jesu, gallice conscripta et nunc recens a F. A. Dulcken Cartus. latine conversa. Colonia, apud Conradum Butgenium, 1607, in-12.

Stella Mystica... Duaci, apud Carolum Boscardum, 1608, in-12, 314 p. limin. et ind. non comput.

Stella Mystica... Colonia, 1611, in-12.

Stella Mystica... Duaci, 1688, in-12.

II. Tractatus de Rosario B. V. Mariæ, quo ejusdem Rosarii legendi recta methodus traditur atque eximiæ illius utilitates percensentur, hispanice conscriptus a R. P. Francisco Arias, Societatis Jesu Theologo, in latinam linguam translatus ab Antonio Dulcken Cartusiano. Colonia Agrippinæ, apud Jo. Rinckium, 1608, in-12, 310 p.

N. B. Fortassis hæc versio adnexa fuit a R. P. Joanne Busæo suæ interpretationi libelli ejusdem auctoris, cui titulus : De Imitatione B. V. Mariæ, quæ prodiit Colonia 1613 et 1626, in-12.

Tractatus de Rosario B. V. Mariæ...; exstat in tomo V *Summæ aureæ de laudibus Beatissimæ Virginis Mariæ* auctore Sac. Bourassé, edito Parisiis, typis Migne, anno 1867, col. 235-301. Videsis infra verbo : Joannes Justus Lanspergius.

III. R. P. Luæ Pinelli, Societatis Jesu, Meditationes de Mysteriis Rosarii B. Virginis. Nunc recens ex italico in latinum conversæ, Colonia, apud Joannem Crithium, MDCVII. 57 p. Proderunt etiam anno sequenti inter alia ejusdem auctoris opuscula



in latinum translata a nostro D. Antonio Dulcken. Iterum lucem viderunt anno 1614 in tertia parte Operum spiritualium ejusdem auctoris in unum collectorum ab eodem typographo.

IV. R. P. F. Christophori Verrucchini, Ord. Capuccinorum, centum meditationes de præcipuis spiritualis vitæ mysteriis, latine per F. A. D. Carthus., Coloniae, apud Conradum Butgenium, 1605, in-16, 8 fol. lim. 814 p., tit. inc. — Exstat et alia editio castigatior et a mendis expurgata.

Inter has Meditationes, teste Marraccio, nonnullæ de Beata Virgine Maria tractant.

V. Vertit etiam de hispano in latinum idioma Meditationes N. D. Andreæ Capellæ, de quibus jam mentionem fecimus supra pag. 12. Coloniae, 1607, et Monachii, 1608, in-16. Cf. Marraccio I, 121-122.

**Antonius a Sancta Maria**, qui forte idem est ac subsequens D. Antonius de Seilern. Monachus Cartusiae Ittingensis.

Documenta Mariana ex variis asceticis libris collecta pro usu et consolatione animæ B. Virginem Mariam amare et honorare cupientis. Ittingæ, 1741. Ms. in-8°, 151 f.

**Antonius de Seilern**, Helvetus, Prior Cartusiae Ittingensis, obiit 5<sup>a</sup> die Decembris, an. 1793.

I. Meditationes de festis solemnioribus B. V. M., 1789-1790. 2 vol. mss. in-8°, 240 et 290 p.

II. Meditationes de ærumnis ejusdem B. V. M. ante et post Christi nativitatem. Opus ms. in-8°, 260 p.

III. Meditationes de præcipuis doloribus et gaudiis ejusdem B. V. M. Opus ms. in-8°, 188 p.

**Antonius Wiedermann**, Tyrolensis, professus Cartusiae Buxiæ, obiit in Domo Ittingensi die 3<sup>a</sup> Novembris, an. 1653.

Laus B. V. M. ad imitationem Cantici Te Deum laudamus. Hymnus devotus modo exstat in quodam Cod. ms. Cartusiae Vallissanctæ.

Piæ Precationes, Antiphonæ... etc.; adservabantur mss. in Domo Buxiæ.

**Ar\*\*\***, Monachus Italus, incertæ tamen Domus et ignotæ ætatis.

Le livre d'or ou l'âme sanctifiée à l'école des Saints. Instructions, prières et pratiques de dévotion pour parvenir à la sainteté ou à l'amour parfait de Jésus et de Marie... Ouvrage

inédit du R. P. Ar\*\*\*, de l'Ordre des Chartreux, traduit de l'italien par M. F. Queyras. Bruxelles, 1857: In-12, xii-456 p. In fine dedicationis hæc invenitur subscriptio : Le F. F\*\*\*, de l'Ordre des Chartreux.

## B

**Bartholomæus N.**, Trajectensis, qui ex Rectore Academiae Heidelbergensis ac Professore S. Theologiae factus est novitius Cartusiae Ruremundæ anno 1434 vel paulo ante, obiit Prior ejusdem Domus et Visitor Provinciae Belgicæ, anno 1446, die vero 16<sup>a</sup> Junii. Vir magnæ virtutis et scientiæ.

De excellentiis B. V. Mariæ. Opus ms. Cf. Marraccio I, 196-197.

**Bartholomæus Seitz**. Psalter Jesu und Mariæ, etc. Videsis verbo : Joannes Justus Lanspergius.

**Bernardus de Eger**, Monachus Cartusiae prope Liegnitz, obiit an. 1493. Vir fuit doctissimus.

Dialogus fratris Bernardi Ordinis Cartusiensis immensam et innumerabilem immaculatæ dei genitricis Virginis Marie misericordiaz (sic) per multa miracula atque exempla elucidans atque amplificans. In fine : Finitum est presens opusculum anno M.cccc.xciii et impressum in felici urbe Lyptzick. In-4°, 55 fol. 40 lin. g. ch.

Dialogus... In fine : Finitum est p̄ns opusculum anno Dñi M.cccc.xvii. Et impressum in felici urbe Lyptzick per me Melchior Lotter. In-4°, 1 fol. non num., 53 fol. num., 2 fol. non num., 40 lin. g. ch.

**Bernardus Faivre**, Gallus, natus in loco vulgo dicto *Granges-Maillot* in diœcesi Vesontionis, die 13<sup>a</sup> Decembris 1798, professus Majoris Cartusiae, obiit in Domo Nancæii die 8<sup>a</sup> Decembris, an. 1873.

Sentences des Saints Pères à la louange de la B. V. Marie et relatives à son culte. Avignon. Séguin aîné, 1853, in-32, 64 p.

Hocce opusculum adnexum fuit libello D. Aloysii M. Rouvier inscripto : Neuvaine complète, et cum eo prodit annis 1852, 1855, 1880, etc. Insuper in anglicum sermonem cum eodem fuit translatum et editum anno 1888. Cf. supra p. 10-11.

**Bruno de Hartenfaust** (S. P. N.), Germanus, Colonien-  
sis, Fundator Ordinis Cartusien-  
sis, Fundator Ordinis Cartusien-  
sis, obiit in Cartusia Calabra die  
6<sup>a</sup> Octobris, an. 1101. Inter Sermones qui ei a nonnullis tri-  
buuntur, sunt quinque de B. V., scilicet :

- 1<sup>o</sup> De Laude B. Mariæ civitatis Dei ;
- 2<sup>o</sup> De Nativitate ejusdem ;
- 3<sup>o</sup> In Purificatione ;
- 4<sup>o</sup> In Annuntiatione ;
- 5<sup>o</sup> In Assumptione.

Adscribitur ei etiam Præfatio de B. V. Maria.

Sermo de laudibus B. V. Mariæ civitatis Dei, reperitur vulgari  
lingua in libro cui titulus : Marie, Reine et Mère des Saints,  
par l'abbé J.-A. Guyard, Vicaire-Général de Montauban. Montau-  
ban, Sicard, 1854. In-12.

**Bruno de Solis et Valenzuela**, Americanus, Prior Car-  
tusie de Aniago in Hispania, obiit an. 1677, die 10<sup>a</sup> Octobris.

- I. Selva de la purisima Concepcion. Ms.
- II. Panegirico de la Assumpcion de N. Señora. Ms.

## C

**Clemens Foresti**, Italus, professor et Vicarius Cartusie  
Mediolanensis, obiit ante Capitulum generale anni 1646. Fue-  
rat alias Prior Cartusie Montisbrachii.

Officia Solemnitatum B. V. M. — Hymni de eadem. Ms.

**Conradus de Haimburg**, Germanus, Prior plurium Do-  
morum et Visitor, obiit cum fama sanctitatis an. 1360, die  
17<sup>a</sup> Augusti.

I. Laus sive Matutinale B. V. M. Magnum et egregium opus  
per totum annum exhibens Lectiones matutinales et Homilias.

II. Hymni de B. V. M. Ex quibus nonnulli indigitati : Oratio  
super Salutationem Angelicam ; In Salve Regina ; de B. V. M.  
super hymnum Ave, Maris Stella ; de Compassione B. V. M.  
Exstant in quodam cod. ms. Cartusie Vallissanctæ.

III. Integra Psalteria Rhythmorum de B. V. M.

IV. Egregius modus orandi Rosarium. Ms. olim in Cart. Buxiæ.

V. Forma et mores B. V. M. Ms. in eod. cod.

VI. Jubilus gloriosus Virginis Mariæ. Ms. in eod. cod.

**Cosimus vel Cosmas Festinus**, Italus, Mediolanensis,  
fuit Prior Cartusiarum Vallis Pisis et Romæ, obiit an. 1581, die  
13<sup>a</sup> Januarii. Vir sanctitate præclarus.

I. Planctus B. Virginis Deiparæ, heroicis versibus exaratus,  
et typis commissus.

II. Plures Coronæ in laudem ejusdem B. V. M., iambicis nu-  
meris editæ.

## D

**Damianus Fasolius**, Italus, monachus Cartusie Papiensis,  
obiit die 28<sup>a</sup> Augusti, an. 1623.

Divozione della Concezione e Nascita della B. V. Maria. Ms.

**Dionysius de Leeuwis a Rickel**, Belga, Doctor ecclati-  
cus, professor Cartusie Ruremundæ, ubi obiit die 12<sup>a</sup> Martii,  
an. 1471, cum fama sanctitatis.

I. Enarratio in Canticum Canticorum Salomonis, quod he-  
braice Sir Hasirim dicitur, de Christo et Ecclesia, de anima  
ejuslibet justi, deque Beata Maria. Prodiit cum cæteris libris  
Sapientialibus, Colonia 1533, 1536, 1539, 1555 ; Parisiis 1544,  
1548, 1549.

Enarratio in Canticum... Monstrolii, typis Cartusie Sanctæ  
Mariæ de Pratis, 1896, in-12, 512 p.

II. De laudibus gloriosæ Virginis Mariæ libri iv ; exstant in  
tomo I Operum minorum, Colonia, 1532, in-fol.

*Versio.* — De Lof van Maria door Dionysius den Karthuyzer  
Uit het Latyn vertaald door L. Leijnen. Hasselt, Milis, 1854.  
2 vol. in-12, xx-262 et 207 p.

Alia editio prodiit Boscuducis apud H. Bogaerts, 1867.

III. De præconio et dignitate Beatissimæ Virginis Mariæ, libri iv,  
inserti tomo II Operum minorum, Colonia, 1532, in-fol.

IV. Expositiones ejus in Canticum Magnificat, Hymnum Ave,  
Maris Stella et alios hymnos Officii B. V. M. pluries inveniun-  
tur editæ.

V. Enarrationes necnon Sermones aliquot in festivitates B. V. M.  
Habentur una cum cæteris D. Dionysii sermonibus. — Alias in-  
super de B. V. M. laudes passim in suis operibus conscripsit.

VI. Pulcher et devotus Mariæ et peccatoris Dialogus. Edi-

tus sub nomine D. Dionysii, sed auctor genuinus videtur esse D. Jacobus de Gruitroede, itidem Cartusianus. In-fol., s. l. a. et typ. n. g. ch., 32 p. adjectis tamen aliis opusculis. Cf. Hain, *Repertorium*, n. 6750.

**Dionysius Maria Tappert**, Bavarus, fuit Rector novæ Cartusiæ S. Brunonis, in Germania, obiit die 3<sup>a</sup> Februarii, an. 1886, in Domo Vallissanctæ.

I. Tractatus de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ.

II. Liber devotus de Immaculato Corde B. V. Mariæ, typis commissus, forsitan germanice, in America.

**Dominicus Eloinus**, Pruthenus, professus Cartusiæ Trevirensis, obiit die 21<sup>a</sup> Decembris, an. 1461. Vir pietate et supernis revelationibus perceleber.

I. Corona B. Mariæ, in qua vitam ejus lapidibus pretiosis auctor comparavit. Opus ms. in Bibl. Trevirensi et in Cartusia Nancæii.

II. Corona seu Rosarium B. M.; quinquaginta constans articulis seu salutationibus, quæ compendiatam vitam ejusdem Deiparæ exhibent. Edita fuit bis in Hispania circa annum 1630, cura nostri D. Petri Manuel Deza, et anno 1872 in Vita germanica S. P. N. Brunonis, auctore D. Dionysio M<sup>a</sup> Tappert, p. 482-484.

Supradictus P. D. Petrus Manuel Deza in versus castellanos hanc *Coronam* transtulit ac prælo submitit.

III. De pallio spiritali B. Virgini conficiendo. Ms.

IV. De Aula sive Domo spiritali B. Mariæ construenda. Ms.

V. Canticum de corona stellarum XII ad gloriosam Virginem Mariam, ad normam Ambrosiani hymni : Te Deum laudamus. Prodiit in opusculo D. Gerardi Kalkbrenner, Hammontani, inscripto : Hortulus devotionis; et inter *Notas* D. Petreii ad *Chronicon Cartusiense* D. Petri Dorlandi, p. 148.

VI. In libro autem *Experientiarum* in quo vitam suam quotidianis rebus gestis illustratam enarrat, multas visiones, gratias et alia beneficia a B. V. Maria accepta enodatus enumerat.

## E

**Emmanuel Maria Garcia**, in sæculo dictus Joannes, Hispanus sacerdos Valentinus, professus Cartusiæ Vallisbonæ, ubi degit. Fundavit ante ingressum in Ordinem piam admo-

dum Societatem cui vulgo est nomen La Felicitacion Sabatina, et varios libellos conscripsit ut illam per totum orbem propagaret.

1<sup>o</sup> Felicitacion Sabatina a Maria Inmaculada. Valencia, Imprenta de José Rius... (circa an. 1860).

Felicitacion Sabatina... Decima octava edicion aumentada con la noticia de la Medalla de la Felicitacion y con la de muchas gracias espirituales por el Pbro I. G. Valencia, 1864. Imprenta de José Rius. In-32, 62 p.

Anno 1873, idem typographus edidit trigesimam primam editionem, in eadem forma. Multæ aliæ abhinc subsecutæ sunt editiones.

Felicitacion Sabatina a Maria Inmaculada o sea Monumento perenne espiritual por la Definicion Dogmatica del Misterio de su Purisima Concepcion, fundada en el Seminario Conciliar de Valencia en 5 de Marzo de 1859... Trigesima septima edicion aumentada con la noticia de la Medalla de la Felicitacion y con la de muchas gracias espirituales, por D. Juan Garcia, pbro, con licencia de la autoridad Eclesiastica. Valencia, 1884. Sine typographi nomine. In-16, 51 p., icon.

Quia pius auctor quibuslibet Rev<sup>ms</sup> locorum Ordinariis generalem concessit facultatem typis committendi opusculum suum, factum est ut in pluribus aliis locis illud in lucem prodierit, quam Valentia; sic, ad nostram notitiam pervenit subsequens trigesima prima editio Barcinonensis, cui titulus hic est :

Felicitacion Sabatina... Trigesima primera edicion aumentada con la noticia de la Medalla de la Felicitacion y con la de muchas gracias espirituales, por el presbitero J. G... Con aprobacion del Ordinario. Barcelona : Libreria Religiosa. Imprenta del H. de Pabro Riera, 1867, in-16, 64 p., icon.

*Versiones.* — Libellus iste in plura idiomata fuit etiam translatus, ut sequitur :

Societas (vulgo de la Felicitacion Sabatina) seu Monumentum spirituale perpetuum ad gratulandum Mariæ Immaculatae pro dogmatica mysterii ipsius Conceptionis definitione... Brevis notio originis, objecti et formæ hujus Societatis a presbytero Joanne Garcia. Nova editio latina juxta decimam hispanam editionem. De ecclesiasticæ auctoritatis licentia. Valentia, typis Josephi Rius, 1862. In-16, 16 p., icon.

Societas... Versio 2<sup>a</sup> latina juxta 29<sup>am</sup> hispanicam editionem, aucta notitia Numismatis (de la Felicitacion) et quam plurimum spiritualium gratiarum, a presbytero Joanne Garcia. Valentia, typis Josephi Rius, 1867. In-16, 36 p., 2 icones.

Félicitation sabbatine à Marie Immaculée au sujet de la définition dogmatique du mystère de son Immaculée Conception, établie en Espagne par l'abbé Jean Garcia et favorisée par un grand nombre d'Évêques; traduit de l'espagnol, avec la permission de ses Supérieurs, par le P. Bernardin de Sainte-Marie, franciscain de l'Observance. Bolbec, Valin, imprimeur-éditeur, 1861, in-18, 24 p.

Félicitation sabbatine à Marie Immaculée ou Monument spirituel et perpétuel pour la définition dogmatique de l'Immaculée Conception fondée à Valence (Espagne), érigée par Sa Sainteté Pie IX en association Primaria à Valence, en archiconfrérie dans l'église de l'Immaculée Conception de Lourdes, par Jean Garcia, prêtre. Lourdes, B. Pujo, imprimeur de la Maison de N.-D. de Lourdes, 1869. In-16, 52 p. ind. n. comp.

Félicitation... 2<sup>e</sup> édition. Lourdes, B. Pujo, 1870. In-16, ut supra.

Félicitation... 3<sup>e</sup> édit. Lourdes, B. Pujo, 1873. In-16, ut supra.

2<sup>o</sup> Idea piæ Congregationis monumentalis Sacerdotum gratulationis (de la Felicitacion a Maria Inmaculada), commemorativæ definitionis dogmaticæ purissimæ ejusdem Conceptionis, a presbytero Joanne Garcia. De auctoritatis ecclesiasticæ licentia. Valentia, typis Josephi Rius, 1867. In-16, 16 p.

3<sup>o</sup> Estatutos de la pia Congregacion monumental de Sacerdotes a Maria Inmaculada, conmemorativa de la definicion dogmatica de su Concepcion purisima. Huesca. Imprenta y Libreria de José Iglesias, 1873. In-16, 15 p.

4<sup>o</sup> Instrucciones para erigir la Asociacion de la Felicitacion y agregarla a la Primaria de Valencia. Exstant in Ephemeride, *Buletino del arzobispado de Valencia*, num. diei 14 Dec. 1865, p. 787-796.

5<sup>o</sup> Arcicofradia o Asociacion primaria de la Felicitacion sabbatina a Maria Inmaculada. Ibidem, num. 8 Dec. 1864, p. 778-782.

6<sup>o</sup> Progresos y adelantos de la Felicitacion sabbatina, y saludables frutos que produce en las almas. Ibidem, num. 14 Dec. 1865, p. 797-799.

Ab anno autem 1873 singulis mensibus exit in lucem Valentia scriptio cui titulus : Anales de la Felicitacion Sabatina a Maria Inmaculada.

7<sup>o</sup> Aureola Musical de la Inmaculada Concepcion. Coleccion de Canticos corales, melodico-armonicos, dedicados a la Virgen Toda Pura por el Fundador de la Felicitacion Sabatina... Para uso de los seminarios, colegios, asociaciones, pias escuelas, etc., etc. Ausente el Autor y con aprobacion de sus Superiores la publican por encargo del mismo, los Señores don Luis Badal, canonigo de la santa Iglesia Catedral de Valencia, Don Juan Bautista Guzman, maestro de capilla de la misma, y Don José Maria Ubeda, organista del colegio de Corpus-Christi de esta Ciudad. Con licencia y aprobacion de la autoridad eclesiastica. Valentia, 1887.

**ERASMUS N.**, Monachus Cartusiae Friburgensis, florebat an. 1414.

I. Paranympus B. Mariae. Ms.

II. Dulce obsequium Genitricis Dei Mariae, lib. 1. Ms.

## F

**FAUSTINUS SALERNUS**, Italus, Neapolitanus, fuit Prior Cartusiae Padulae, obiit 1<sup>a</sup> die Augusti, an. 1623.

Sub pseudonome *Caroli Ramelli* edidit subsequens opus :

De Beatae Virginis praestantia, ejusque sacratissima Conceptione et sanctificatione, et quam perinde ejus gloria in sancta refulgeat Ecclesia, cui tripartitum Psalterium additum est, quo Christi et Mariae magna trophaea canuntur. In lucem edita per U. I. D. Carolum Ramellum. Venetiis, 1621.

**FRANCISCUS BOLLARD**, Sabaudus, professus Majoris Cartusiae, florebat an. 1836.

Dévotion à Notre-Dame de Mougères, par le R. P. D. Fr... Pézenas, 1836, in-24.

**FRANCISCUS-XAVERIUS DAIDOUX**, Gallus, professus Majoris Cartusiae, obiit die 24<sup>a</sup> Januarii, an. 1880.

Relation historique du Sanctuaire et du Couvent de Notre-Dame de Mougères, 1874. Opus ms. in-fol., ex quo nonnullae meditationes et preces, necnon pars historica ab anno 1825 ad annum 1874, depromptae fuerunt et insertae huic operi : *Mou-*

gères. *Fragments recueillis* (par M. l'abbé Douais) et publiés sous la direction de Mgr l'Évêque de Montpellier. A Montpellier, chez les libraires catholiques et à la Chartreuse de Mougères près Roujan (Hérault). MDCCCLXXVII, in-8°.

**Franciscus ab Assumptione Ferreira de Mathos**, Lusitanus, Olyssiponensis, fuit Prior et Visitor in Italia, obiit an. 1865, die 23<sup>a</sup> Januarii.

Lettera scritta da un sacerdote cattolico apostolico romano, nella quale si confutano i principali errori, che si trovano in un opuscolo in forma di corrispondenza tra un'abbadessa ed un pittore, e che porta per titolo: Il ritratto di Maria nei cieli... Napoli, 1860.

**Franciscus Ganneron**, Gallus, professus Cartusiae Montis Dei, ubi obiit die 24<sup>a</sup> Augusti, an. 1668. Vixit laudabiliter in Ordine 52 annis.

Fasciculus præconiorum B. M. V. ex multis elicitus et compactus... Opus dedicatum Ven. in Deo P. D. Bernardo Bruyant, novo Rectori Cartusiae B. M. de Pratis ad Monsterolum A. D. 1666... et finitum an. 1668. Opus ms. 28 p.

**Franciscus Mercadel**, Hispanus, professus Domus Conceptionis B. V. Mariae, obiit an. 1766.

Sermo de Conceptione B. Mariae Virginis egregius, et alii Sermones. Ms.

## G

**Gabriel Maria Fulconis**, Italus, fuit Vicarius nostrarum Monialium S. Crucis de Beauregard et S. M. du Gard, obiit die 11<sup>a</sup> Maii, an. 1888. Laudabiliter vixit in Ordine 38 annis.

I. Tesoro di divozione per le anime amanti di Gesù e di Maria, ossia istruzioni, pratiche e preghiere divotissime ed efficacissime per giungere alla santità ed al perfetto amore di Gesù e di Maria, estratte per lo più dalle opere di S. Alfonso Maria de' Liguori. Torino, per Giacinto Marietti, 1850. In-16, 496 p.

*Versio.* — N. B. Quia libellus præcedens anonymus erat, interpres gallus cuidam religioso e Congregatione a S. Alphonso fundata perperam tribuit.

Trésor de Dévotion, ou la Fleur des OEuvres de saint Alphonse-Marie de Liguori, contenant des instructions, prières et pratiques de dévotion très efficaces pour parvenir à la sainteté et à l'amour parfait de Jésus et de Marie, extraites des OEuvres de ce Saint par un Religieux de son Ordre. Ouvrage traduit de l'italien. Deuxième édition. Lyon-Paris. J.-B. Pélagaud, imprimeur-libraire, 1854. In-32.

Trésor.... Septième édition. Lyon.... 1866. In-32, VIII-517 p.

II. L'Anima Santa accesa d'ardentissimo amore verso Gesù e Maria e di tenerissima divozione verso i loro Santissimi Cuori, ossia Riflessioni, preghiere, pratiche e risoluzioni efficacissime per giungere alla santità ed al perfetto amore di Gesù e di Maria e dei loro Santissimi Cuori, distribuite per ciascun giorno dell' anno, per cura di un sacerdote dell' Ordine di S. Brunone. Torino. Pietro Marietti, 1864. In-16.

L'Anima Santa..... Torino, 1868, 1870, 1875...

L'Anima Santa... Settima Edizione riveduta, accresciuta dallo autore. Torino. Cav. Pietro Marietti, 1883. In-16, 814 p.

L'Anima Santa... Nona Edizione. Torino, 1893. In-16.

*Versio.* — L'Âme Sainte embrasée d'un ardent amour pour Jésus et Marie et d'une tendre dévotion envers leurs Cœurs sacrés, par un Religieux de l'Ordre de S. Bruno. Ouvrage traduit de l'italien par M. l'abbé A. Fourot, professeur de Rhétorique au Collège de l'Immaculée-Conception de St-Dizier (Haute-Marne). Bar-le-Duc, chez Contat-Laguerre, libraire-éditeur, 1872. In-12, XVI-600 p.

L'Âme Sainte..., ou réflexions, prières, pratiques et résolutions efficaces pour conduire à la sainteté, disposées pour chaque jour de l'année par un Religieux Chartreux. Ouvrage traduit de l'italien avec l'approbation du Rév. Père Général de l'Ordre des Chartreux, par M. l'abbé A. Fourot, chanoine honoraire de Langres, préfet des études au Collège..... Seconde édition revue et augmentée. Paris. Librairie Catholique de l'OEuvre de Saint-Paul, 1884, XX-698 p. in-12.

L'Âme Sainte. Troisième Édition. Montreuil-sur-Mer, 1891. In-12.

Exstat præterea versio hispana per V. P. D. Joannem a Cruce Olarte Cartusianum typis mandata. El Alma Santa encendida de un grande amor para con Jesus y Maria... por D. Gabriel Maria Fulconis, de la Orden de los Cartujos. Obra traducida al

español por un Religioso de la misma Orden y por el licenciado D. Juan Villaverde... Barcelona, Libreria de la Inmaculada Concepcion, 1896, 716 p. in-12.

III. Manuale per uso degli Aggregati alla Compagnia dei Santissimi Cuori di Gesù e di Maria, per cura di un Sacerdote dell'Ordine di S. Brunone. Roma. Stamperia della S. C. di Propag. Fide. Amm. dal Socio Cav. Pietro Marietti, 1866. In-16, 116-14 p., icon.

Manuale..... 1867.

IV. Manuale Compendiato per uso degli Aggregati alla Compagnia dei Santissimi Cuori di Gesù e di Maria, benedetta e arricchita d'indulgenze dalla Santità di Nostro Signore Pio Papa IX. Per cura di un Sacerdote dell'Ordine di San Brunone. Torino. Pietro Marietti, 1868. In-16, 25 p., icon.

*Versio.* — Manuel des Associés à la Sainte Union des Sacrés Cœurs de Jésus et de Marie approuvée par la Sacrée Congrégation des Rites, bénie et enrichie d'indulgences par le Souverain Pontife Pie IX et par Sa Sainteté Léon XIII, par un prêtre de l'Ordre de Saint-Bruno. Ouvrage traduit de l'Italien avec l'approbation du Rév. P. Général de l'Ordre des Chartreux. Paris, Bray et Retaux, 1880. In fine : Montreuil, Typ. de N.-D. des Prés. In-16, 54 p.

**Gaspar Goricius**, Hispanus, monachus Cartusiae de Covis, amicus Ven. Christophori Columbi, florebat adhuc an. 1502.

Contemplationes de Rosario, interprete Johanne Alphonso de Logroño, Canonico Hispalensi, ex opere latino Gasparis Goricii de Novara, in cœnobio Carthusiensi Hispalensi. Hispali, per Meinardum Hungut et Stanislaum Polonum, 1497, in-8°.

**Georgius Garnefeld**, Germanus, professus Cartusiae Coloniensis, obiit in Cartusia Trevirensi die 27<sup>a</sup> Augusti, an. 1637.

E germanico in latinum convertisse creditur opusculum N. D. Joannis Justi Lanspergii, cui titulus : Epitome Exercitiorum, centum videlicet et quinquaginta articulorum Vitae Christi ejusque Matris, quod cum reliquis operibus ejusdem auctoris praelo mandavit Coloniae anno 1630.

Idem D. Georgius, ad calcem *Vitae B. Mem. Nicolai Albergati Cartusiani*, etc., edidit opusculum cui titulus : Historia de Imagine B. M. Virginis a S. Luca depicta, et in Monte Guardiae prope Bononiam miraculis coruscante, auctore Ascanio Persio. Colo-

niae Agrippinae apud Joannem Kinckium.... anno M. DC. XVIII. In-4° min.

**Georgius Pirckamer**, Germanus, fuit Prior Cartusiae Norimbergae, et obiit ante Capitulum generale anni 1506.

Ad Castissimam Jesu Christi Matrem, Intemeratam Virginem, quam Diva Anna, cum Nepote in ulnis gestat, dulcissimi Patris Georgii Pirckamer, Carthusiani Norimbergensis, religiosa et pia precatio. Exstabat affixa statuæ Divæ Annæ in Ecclesia vulgo *de Sebalds*; edita fuit latine ab Erdmanno in *Norimberga in flore*, S. 84-85; latine vero et germanice in *Historia Cartusiae Norimbergæ* a Jo. Roth exarata anno 1780, p. 108-111.

**Gerardus Haghen**, Bredanus, professus Cartusiae Capellæ, ubi obiit die 17<sup>a</sup> Aprilis, an. 1465.

Vita D. N. J. C. et B. M. V. rhythmice descripta. Libri tres, olim exstabant in Cartusia Buxiæ. Ms. in-4°.

**Gerardus Kalkbrenner** (Calcificis), **Hammontanus**, Germanus, Prior Cartusiae Coloniensis et Visitor, obiit die 2<sup>a</sup> Augusti, an. 1566.

I. Exercitia quædam valde pia et salutifera de Psalterio (scilicet Rosario) Gloriosæ Virginis Mariæ. Coloniae, Jaspas Gennepæus, sine anno (circa 1540). In-8°, 8 fol. cum tribus iconibus. Cf. Marraccio, I, 487.

II. Hortulus devotionis variis orationum et exercitiorum piorum, quæ mentem in Dei amorem rapiunt, floribus peramcenus, nunquam antehac typis excusus. Coloniae apud Jaspasem Gennepæum, 1541, in-8°, cum fig.

Hortulus.... Coloniae, typis Ludovici Alectorii, 1577.

Hortulus.... Coloniae, apud Lud. Alectorium et Hæredes Jacobi Soteris, anno 1579, in-16.

**Gerardus van Schiedam**, Batavus, professus Cartusiae Leodiensis, fuit Prior plurium Domorum et decessit die 14<sup>a</sup> Octobris, an. 1442.

Sermones de B. V. Maria. Ms. Cf. Marraccio, I, 492.

**Guigo Engelherr**, Villinganus, professus Cartusiae Ittingensis, obiit in Domo Buxiæ die 15<sup>a</sup> Junii, an. 1646.

Viridarium Sanctorum. Opus in 3 vol. ms. in-8°, adservatur modo in Cartusia Vallissanctæ, in Helvetia. In prima parte hujusce operis auctor collegit multos Hymnos et Sequentias de B. V. M., ex quibus nonnullos ipsemet composuit.

|| > **Guillelmus Abselius**, Bredanus, Prior Cartusiae Brugensis, obiit die 5<sup>a</sup> Augusti, an. 1471. Vir doctus et pius.

Tractatus elegantissimus ad semper candidam cœli Reginam Mariam. Ms.

|| \* **Guillelmus Bibaucius**, rectius **Biebuyck**, Flander, professus Cartusiae Gandavensis, obiit Prior Majoris Cartusiae et Minister Generalis totius Ordinis, die 24<sup>a</sup> Julii, an. 1535.

Sermones ejus Capitulares, qui prodierunt Erphurdiae, anno 1539, necnon Antuerpiae, annis 1610 et 1654, in-8<sup>o</sup>, complectuntur : 4 Conciones in Purificatione B. V. Mariae, 3 alias in Annuntiatione, 4 in Assumptione et 3 in Nativitate ejusdem.

Huic nostro Cœnobiarchæ opus de Partu Virginis heroico carmine conscriptum, Camillus Tutinus tribuit.

**Guillelmus Lundtlinchton**, Anglus, monachus Carmelita, qui a nostris Scriptoribus inter familiæ Brunonianæ alumnos recensetur, num recte, nescio. Porro hic idem Guillelmus a cl. Marraccio adsciscitur Cartusianis Scriptoribus Marianis. Obiit die 24<sup>a</sup> Januarii, an. 1309. Vir erat doctissimus.

Sermones de B. Virgine in ejus festivitibus. Marraccio, I, 538.

## H

**Henricus Arnoldi**, de Alveldia, Saxo, Prior Cartusiae Basileæ, obiit die 5<sup>a</sup> Junii, an. 1487. Vir Beatissimæ semper Virginis Mariae valde devotus.

I. Officia Conceptionis, Præsentationis, Visitationis et Compassionis B. V. Mariae conscripsit et approbare fecit pro Cartusia Basileensi. Ms.

II. De Conceptione Immaculata Virginis Mariae. Antuerpiae, 1527, in-4<sup>o</sup>.

